1256. Decemb. Cantù. Morbio 11 (27) ~~27.~~

In nomine domini anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. quintodecimo die decembris. Indictione quintadecima. Confessus et
contentus fuit omni occaxione et exceptione remota non datarum vacharum. Stephanus filius quondam item Stephani fine. recepisse in socida a domina Begepare de Castenate
ministra et manetta domus sororum de Rancate de Planella recipiente vice et nomine et ad partem et utilitatem illius domus et ad partem et utilitatem totius ordinis
humiliatorum et humiliatarum civitatis Mediolani et eius comitatus omnes de burgo Canturio vacham unam clera cum vitulo uno subtus et zonixiam unam
rubea pregnam de ambinse dominium reservavit donec soluta fuerit et quas debet tenere et pascere et custodire in socida ad comune dampnum et proficuum
et de primo proficuo quod inde exierit debet ei dare libras undecim et solidos in denariis bonis novorum Mediolani et solutis illis denariis dampnum et proficuum
inter eos sit comune et si hoc non attenderit restituet ei omne dampnum et dispendium quod inde faceret ut haberet aliquo modo et pro predictis omnibus adimplendis promisit
et guadiam dedit obligando omnia sua bona pignori predictus Stephanus eidem domine Begepare recipienti ad istam partem sic attendere ut supra legitur modis omnibus et pro ea
Insuper predictus Stephanus renunciavit omni suo iuri et auxilio et privilegio et exceptioni spatii et generali et speciali divi Adriani et nove constitucionis ceterisque iuribus et auxiliis
et legum et statutorum et ordinamentorum factorum et faciendorum quibus se tueri ut iuvari posset aliquo modo vel ingenio quod omni tempore possit conveniri sicut convenit
nec non obstantibus aliquibus feriis ut causis collocatis et quod non posset dare et cartas debita civitatis Mediolani et solutum non notas nec aliquid non pecunia numeratam
Quia sic inter eos convenit. Actum in burgo Canturio in ipsa domo presente Paulino filio Gullielmi fine notario de Cantu. Interfuerunt ibi testes Ardericus
filius quondam Pagani Gezoni et Martinus filius quondam Ambr. Antonii de Ozago et Martinus filius quondam Stephani Redarii omnes de burgo Canturio

Ego Iacopinus filius Gullielmi fine notarius de Cantu de ora Innoxenti hanc cartam tradidi et scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1809781698-10/fragment/page=1
DFG

Iohs boccepane d Amatrice

Sottu q contra Stephanum pra